



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et  
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris  
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.  
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

**Delvaux, André**

**Coloniæ Agrippinæ, 1686**

§. 1. De Clerico Ordine sacro initiato.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](#)

## TITULUS III.

## De Clericis coniugatis.

## §. I.

De Clerico Ordine sacro initiato.

1. *Calibus Clericis semper commendatus.*  
 2. *Matrimonium sacris iniciati ipso jure nullum est.*  
 3. 4. 5. 6. *Alio pene è veteribus Canonibus, & Conc. Trid.*  
 7. *Ratio prohibitionis.*  
 8. *In Gracianica Ecclesia licet retinere uxores antea ducas.*

C auones sacri adeò voluerunt castitatem Clericis esse commendatam. Clericos ut non solum veruerint cohabitationem cumulicibus, sibi non junctis matrimonio, sed etiam jam inde à temporibus Apostolorum celibatum adeò annexum esse voluerint sacris Ordinibus, ut iis iniciati neque uxores ducere, neque ducitis anteà, post ordinationem, uti pertinetur, saltem in Ecclesia Latina: quin etiam castitatem perpetuam vorere debeant sacris iniciandi, ut constat ex *can. Apostolorum 15. &c. 2. b.*

1. variisque auctoritatibus summorum Pontificum, Conciliorum, & veterum Patrum, *Difflata.* 28. & 32. per eos, variis item ea de re editis civilibus Constitutionibus, *L. Eum qui & Auth. Multo magis Cod. de Episc. & Clericis, & similibus.*

Dispicendum autem potissimum hic est, quatenus Clerici conjugati beneficia habere vel retinere possint, vel non: nam de validitate matrimonii per Clericum contracti agetur lib. 11. Tit. *Qui Clerici vel vorantes matrim. coniugare possunt.*

1. Celibus igitur à sacris Canonibus ita annexus semper fuit Ordinibus sacris, ut si quis ordine sacro iniciatus uxorem duxerit, & matrimonium sit nullum, prout definit Conc. Tti. *Sess. 14. & 19.* & compelli debeat ad ductam abjurandam, ac pœnitentiam agendam de commissio, per excommunicationis & suspensionis ab executione Ordinum sententiam, simulque privari officii & beneficii Ecclesiasticis, *e. h. s.*

3. Quinimò decreto Conc. Toletani *v. per-*  
*missum fuit Episcopis, foeminas hujusmodi,*  
*conjunetas Clericis illicite, austerre & venua-*  
*dere; illis pro temporerelegatis ad pœnitenti-*  
*am, quos suā libidine in fecissent. Sed & Ur-*  
*ben. II. in e. Eos qui distin.* 32. Principibus in-  
*dulxit licentiam redigendi in servitatem focari-*  
*as, si Clerici, ab Episcopo moniti, nolenti ab il-*  
*lis separati.*

4. Unde patet Canonum Ecclesiae circa hanc rem alios mitiores, alios severiores olim fuisse. Nam & Concilium Toletanum *viii. cap. 6.* ju-  
 baret ejusmodi foeminas recludi in monasteriis, ut ibidem sub gravibus pœnitentia oneribus usque ad finem vitæ degant. Ancyranum vero, *cap. 20.* annos pœnitentia seprem adultero im-  
 ponit. Neocæsarien. *cap. 1.* Presbyterum, uxo-  
 rem ducentem, deponi; fornicantem vel adul-  
 terantem extra Ecclesiam abjici, & inter lai-  
 cos ad pœnitentiam redigi mandat. Eliberit  
*cap. 13.* statuit, virginibus votifragis, etiam resi-  
 pescensibus, in fine tantum dandam esse com-  
 munionem. Virginibus autem sine voto in cor-  
 pus suum peccantibus annus præscribitur,  
 priusquam reconcilienter, si modò violatoriis  
 suis nupserit, sin aliis quinquenni pœ-  
 nitentia. Idem Concilium *cap. 17.* statuit; si  
 vidua peccaverit, post quinquennem pœnitentia  
 communioni restituentam, si correo nu-  
 pserit, sin alteri, nec in fine dandam commu-  
 nionem. Concilium denique Maricon. *cap. 2.*  
 statuit, ut nulla mulier in cubiculum Episco-  
 pi absque duobus Presbyteris aut certè Diaconi  
 ingredi permittatur, referente Zypao *De Iure Pontif. nov. lib. 3. b. s. nu. 2\** 5. Verum ut antè  
 diximus, hodie & quoad pœnas & quad mo-  
 dos procedendi contra concubinarios Clericos,  
 sequendum est Conc. Trid. *Sess. 25. cap. 14. Difflata.*

Clerici itaque conjugati sunt in primis ir-  
 regulares, ita ut nec in suscepis Ordinibus minis-  
 trare, nec ad maiores promoveri valeant

6. Sunt excommunicati ipso jure, *Clement.*  
*unica de affinitate & consanguinitate.* reservata ab-  
 solutione Episcopo, *Gloss. ibid. mV. obtinere San-*  
*chez De Matrimonio lib. 7. Difflata. 48.* ubi  
 fusius d. *Clement.* explicat. Attamen si Cle-  
 ricus dimissa uxore quam duxerat, pœnitentia  
 egerit, seq; vitæ probitate commendabile

Kk 3 fece-

egerit, potest ex indulgentia Episcopi officio suo, Ordinisque exercitio restituī, c. Sande 4. hoc p[ro]p[ter]e.

Item redduntur suspecti de hæresi; & potest contra eos per Inquisidores procedi.

Iacurunt etiam p[ro]cenam stupri, si virginem sub figura ac prætextu matrimonii violarint, quamvis verba de præsenti ac benedictiones præcesserint, Dias in Praxi criminis Canon. c. 74.

7. Ceterum merito hæc ita à sacris Canonibus constituta sunt: nam si in veteri lege, qui adsumebant altari, ad offerendum panes materialis, & sacrificia animalium mortuorum iubebant esse mundi, Exod. 9. & continentis abstinentesque ab uxori bus, pro tempore, quo ministraturi erant, can. Tenere h[ab]et nam si prisca dict.

31. si item Flamines gentiles seu sacerdotes Ethnici in superstitionis suis cultibus ac ritibus, ipsi satanas servientes, tanto opere ac studio castitatem servabant: quam castos & puros esse decet sacerdotes Dei, ac reliquos Clericos sacris initios, qui velut templum ac vas sunt Domini & sacrarium Spiritus sancti, jugiterque altari adfertur, can. Decernimus D[icitu]r. 28. & similibus: præsertim cum non accedant ad offerendas carnes vitulorum aut hircorum, ut in veteri lege, sed ad immolandum aquam immaculatum, ipsum Salvatorem IESUM Christum, verum Deum & hominem. Facit, quod Clericus divisus in duo plenam sui non habeat potestatem, ideoque minus cogitare valcat, quæ Dei sunt, sed potius, quo modo placet uxori. Præterea rerum Ecclesiasticarum substantia per conjugatos facilè deperiret, quas subraherent forte prospicendi & alendis prolibus suis, c. Diversis 5. b. t.

8. Dixi antea, saltem in Ecclesia Latina: quia licet in Ecclesia Orientali seu Graeca nunquam licuerit post sacros Ordines suscepitos uxorem ducere, ut patet ex can. Si quis eorum dicitur 32. e. A multis sup. De astate & qualitate ordinari, tamen concessum tandem fuit, ut saltem ante ductis uenterentur, uti constat ex e. Cum olim h[ab]et can. Alio[rum] distinet. 31.

Ubi tamen observandum olim, ante tempora D. Gregorii Subdiaconatum non fuisse Ordinem sacram, ut supra diximus, ac proinde licuisse tunc Subdiaconi uxores ducere, & ductis uti.

¶ 680

## §. II

De Clerico minoribus ordinibus initiato, contrahente matrimonium.

1. Talis ducta a uxore amittit beneficium ipso fiduci
2. Nec resignare illud potest in favorem terui,
3. 4. Licit etiam matrimonium sit nullum, vel ini-
- sum.
5. Impubes, vel pubes cum pubere vel impubes
- contrahens non excedit beneficium.
6. Alias ne quidem confusus Episcopis, beneficium
- simplex retinere potest.
7. 8. Conjugatus quibus casis beneficium r[ati]onem
- possit.

1. Quid si Clericus, in minoribus Ordinibus constitutus, continere se non possit, ut non velit; permittendus est uxorem sortiri, can. Si quis verò distinet. 32. can. Quia tua h[ab]et sequi XII. quæst. 1. Verum si contraxerit valide, beneficium, si quod habuerit, statim ducit a uxore vacat, c. 1. b. s. sicut & pensio, si quam habet titulus clericalis, seu loco beneficii, quod resignavit quia per matrimonium, licet copula non sequatur, vinculo incompatibili cum beneficio sele quia astringit; si que eo ipso per spontaneam dissensionem videatur beneficium repudiare, recidet recuperat sponsa decedente, vel monasterium ingrediente, DD. in a.c. 1, quia quod semel extinctum est, non revivisicit amplius, licet causa erit ringens cellet, can. Nam periculum VIII q. 1. Clement. Gratia De rescriptis. Ob eadem rationem accessus, regresus, ac quodlibet aliud ius ad beneficium Ecclesiasticum vacant ipso jure, 4. Clement. Gratia: quia facilius perditur ius ad, quam in re, c. Quemadmodum sup. De iure iustandi

2. Hinc sequitur Clericum, post contradictionem validè matrimonium, non posse beneficium, quod antea obtinebat, resignare in alienas favorem, sed teneri statim possessionem ejus dimittere, illudque posse, tamquam vacans ipso jure & facto, impetrari.

3. Quod si matrimonium sit nullum, gravissima est quæstio, an vacet similiter beneficium, de qua variis variè sentiunt; ut videtur est apud Sanchez De matrim. lib. 7. Disp. 43. ubi tribus sententiis, adhæret tria, nempe per